Ex ſtatutis puincialib' domi
ni Guilhelmi ſancte eccl'ie Co-
lonienſ archiepi.

Volumus ex tenore
pñtiũ ſub pena ſuſ-
penſiõis ab officio diuinorũ:
quã in quẽlibet ipſoꝝ nobis i
his nõ parẽtẽ lex dictũ moni
tiõe pmiſſa ferim' in his ſcri-
ptis: diſtricte pcipiẽdo mãda-
mus ꝙ q̃libet rector eccl'ie par
rochial' aut ipſi' vices gerẽs
nr̃arũ ciuitatis ꝛ dyoceſ colo
nieñ. caſus nobis reſeruatos
in pricipio vel i fine cuiuſlibet
libri miſſal' eccleſie cui pẽſt di-
ſtincte ſcribat aut ſcribi faciat
infra menſem.

Recipim' vt ſacerdotes
in caſib' nobis aut ſupe
riorib' nr̃is reſuatis: ſe i cõfeſ
ſiõib' nullaten' intromittãt. ſ;
dũ eis occurrũt: nos aut viceſ
nr̃as gerẽtes i ſpũalib' cõſu-
lãt. Qui caſus ſeu q̃ pctã ſũt.
Homicidia. Sacrilegia. In-
cẽdiũ eccl'iaꝝ. Pctã cõtra na-
turã. Defloratio virginũ cõ-
tra volũtatẽ. Cõcubit' ſctimo-
nialiũ. cõuerſarũ. incluſaꝝ. et
aliaꝝ religioſaꝝ mulieꝝ. In-
ceſt'. Adulteria. Iniectiones
manuũ in pntes vel i eccl'iaſti
cas pſonas. Sortilegia. Ve-
neficia. Periuria manifeſta.
Fidei ꝛ votoꝝ trãſgreſſiões.
Symonia. Hereſis. Apoſta-
ſia. Et magne blaſphemie ſe-
rioſe facte. ꝛc. In dubijs aũt
ſacerdotes ſp cõſulãt nos vel
vices nr̃as i ſpũalib' gerẽtẽ
aut alio ſapiẽtes viros nõ p
dendo vel reuelãdo cõfitẽtẽ ſ; i
genere. quoꝝ cõſilio penitẽtẽ ꝛ
abſoluãt ꝛ ad aliũ mittant.

Verſus quando Credo
cantatur in miſſa.

Crux. ꝛ terribil'. mat' dñi. do-
min'. lux. Magdalena credo
canit cũ diſcipulis duodenis.
Porro die dñi: credo cãtabit'
oi. Non credit michael. con-
feſſor. virgoq;. martyr.

Verſus qñ Gloria in
excelſis decantatur.

Nunq̃ te ſine glo. ſed glo ſi-
ne te canit' ter. In vig. paſch.
vig. penth. vig. aſcen. hec tria
ſerua.

Verſuſ quãdo Ite miſ
ſa eſt: decantatur.

Poſt duplex alle: ſemper can
tabitur Ite. Sed vigil aſcẽ-
ſi. ſimil' exaudi caret Ite. Ci-
nerum feſto: donec bñdicta ca
natur. In primis ferijs: nul

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

lum feſtum celebratur.
Verſus ad celebrãdũ
nuptias qñ licz ſiue nõ
A longe hoiez dedeſt ſi mõ
A ſpiciens veterez circũ qua
vrm ſic cernit.
quis benedicta.
Nõ licz licz nõ licz licz ñ licz lz.
Verſus quomodo tempore in
terdicti in eccleſia ſeruandũ ẽ.
Dum locus ẽ interdictus: fit
gratia talis. Chryſmãt ba-
ptizant pueri vel adulti. In-
firmis ſanis confeſſio pcipa
tur. Solis infirmis corpus
chriſti tribuat. Clerus inun
gatur ſine campanis tumu-
latur. Quattuor in feſtis fo-
ribus celebratur apertis.
Sciendũ qp i ſeptimana qñ
ſeruat dñica Miſericordia do-
mini eſt ieiuniũ: qd' dr Bãua
ſte et abſtinet a carnib': ſolũ-
modo ſecũda et quarta feriis
ſed comedit bis vel ter.
Item nota. Si feſtuz Marci
venerit infra octauas paſce:
tunc ſeruat Letania. ſed offi-
ciũ de ſancto marco ſeruatur
poſt octauas.
Item notandũ qp dñs Nyco-
laus Cuſa Cardinalis Le-
gatus inſtituit et qnquagin-
ta dies indulgentiarũ legẽti
conceſſit: hãc ſubſequẽtẽ clau-
ſulam Dñicis dieb' poſt vlti-
mã Collectã et complendã in
miſſa. Et famulos tuos N.
papam et N. antiſtitez nr̃os
vnacũ vniuerſa eccleſia catho
lica ab oi aduerſitate cuſtodi
P dñm. vel Qui viuis. ꝛc.
Predictam clauſulã inueni-
es in cõi ſanctoꝝ poſt vltimaz
collectam. ſcilicz. Pietate tua
queſumus. folio. ꝛc. vii.
Sequunt. xiiii. conſilia docto
rum p piculis que i miſſa cõ-
tingere poſſunt.
Sciẽdũ etiã ſumope
qp ſm ſcripta ſcõrũ
doctoꝝ. Thome. Al-
berti. Monaldi. Richardi.
Vbertini. Raymũdi. quattu-
ordecim ſunt picula defectus
vel negligẽtie q in miſſa con-
tingere poſſunt.
Primũ piculũ. Primu' defe-
ctus ẽ. Si ſacerdos morte vel
graui infirmitate occupet an-
te cõſecrationẽ: non oportet qp
p aliũ ſuppleat. Si vero poſt
conſecrationẽ acciderit añ ſũ-
ptionẽ: debet p aliũ cõpleri in
cipiendo vbi prior dimiſerit.
Et ſi neſcit vtrũ hoſtia ſit cõſe-

crata vel non : debet aliã acci-
pere ⁊ a capite incipe.ſcꝫ. Qui
pridie. Si vero poſt cõſecrati-
onẽ corpiſ defecerit: debet nihi
lomin⁹ aliã hoſtiã conſecrare.
Quia conſecratio corporis et
ſanguinis ad vnũ ꝑtinet ſa-
cramentũ:qd⁹ ab vno debet ꝑ-
fici. Et prima hoſtia a ſacerdo-
te vel alio diſpoſito reuerẽt ſu-
mi debet. Secundũ periculũ.
Secũd⁹ defect⁹ ẽ. Si ſacerdos
poſt cõſecrationẽ inceptam:re
cordat̃ ſe aliq̃d comediſſe vel
bibiſſe:debet nihilomin⁹ ꝓce-
dere ⁊ ſumere. Tertiũ ꝑiculũ.
Tertius defect⁹ ẽ. Si poſt cõſe
crationẽ inceptaꝫ recordatur
ſe mortale pctm̃ cõmiſiſſe: pe-
niteat cũ ꝓpoſito cõfitẽdi ⁊ ſa-
tiſfaciendi. ⁊ ſacrificiũ ꝑficiat
et ſic nõ indigne ſed fructuoſe
ꝑficit. Hec Thomas. Quar-
Quartus defect⁹ ẽ tũ ꝑiculũ
Si poſt cõſecrationẽ ſe memi-
nerit excõicationẽ quãcũq; in
curriſſe:debet ꝓpoſitũ aſſume-
re abſolutionẽ petẽdi :⁊ diui-
na myſteria ꝑagere ⁊ fructu-
oſe cõicare. Si añ cõſecratio-
nẽ ſit memor criminiſ morta-
lis.excõicatiõis aut mãduca
tiõis:tuti⁹ reputarẽ ꝙ miſſaꝫ

deſereret:vbi graue vel mag-
nũ ſcandalũ nõ timeret. Ali-
as ſi q̃s ꝑdicta:cauſa infirmi
tatis aut mortis dimitteret
myſteria incõpleta ꝑ negligẽ
tiam:nõ ſolũ mortalit̃ pecca-
ret.ſed etiã ſniam excõicatiõiſ
incurreret.vt habet̃.vij.q.i.ni
hil. Hec Thomas ⁊ Albertus
Quintus Quintũ ꝑiculũ
defectus ẽ. Si muſca vel ara-
nea añ cõſecrationẽ in caliceꝫ
ceciderit: debet vinũ effundi et
aliud poni. Si poſt cõſecratio
nẽ ceciderit: debet aĩal diligẽt̃
in alio calice lauari cũ vino ⁊
ſuꝑ piſcinã comburi. Et ablu
tio cũ cinerib⁹ in ſacrario pro
reliquijs reſeruari.vel ꝑ quẽ
libet ieiunũ ſumi. Sextũ peri
Sextus defectus ẽ. Si culũ.
poſt cõſecrationẽ venenũ in ca
lice depꝛehenderit: nullo mõ de-
bet ſumere ne calix vite vertat̃
in mortẽ.ſed debet i vaſculo ap
to ꝓ reliquijſ cõſeruari. Et de-
bet aliã hoſtiã ⁊ aliud vinũ ſu
mere ⁊ a capite.ſcꝫ. Qui pri-
die.incipe ⁊ cõſecrare:dato eti
am ꝙ pri⁹ ſumpſit corp⁹ dñi.
Hec Thomas Monald⁹. In
nocenti⁹.iij. Septimũ ꝑiculũ
Septim⁹ defect⁹ ẽ. Si poſt con

ſecratione̅ ꝑcipiat vinū deeſſe
debet ſtati apponere. Si vero
p' cōſecratione̅ corporis ꝑcipit
aquā dee̅e: debet nichilomin'
ꝓcedere. q̄a aqua nō eſt de ne
ceſſitate ſacramēti nullo igit̄
modo debet aqua vino conſe-
crato miſceri q̄a ſequeretur ex
hoc corruptio ſacramēti. Hec
Thomas i. iij. pte ſumme. Et
debet talis puniri. Octauum
Octau' defect' eſt. Si piculū.
poſt cōſecratione̅ añ ſumptio
ne̅ corporis ꝑcipit aquā in cali
ce illā debet effundere q̄a nihil
actū eſt. ⁊ vinū imponere ⁊ re-
ſumere verba conſecrationis
ſanguinis. ſcȝ. Simili modo.
Si vero poſt ſumptione̅ cor-
poris ꝑceperit tūc aliā hoſtiā ⁊
cū vino debet ſumere ⁊ ꝑficere
a capite incipie̅do. vt ſupra di
ctum eſt. ⁊ hoc ideo vt ẜm cōci-
lium tolitanū ꝑfectus ordo cō
pleat̄. Similiter fiat ſi etiam
aqua que erat i calice pri' ſū-
pſerit. Quia p̄ceptū de perfec-
tione ſacramenti maioris eſt
ponderis q̄ꝫ p̄ceptū ꝙ ſacr̄m a
ieiunis ſumat̄. Hec Thomas
Nonus defect' Nonū piculū
eſt. Licet ſacerdos non recolat
ſe aliqua dixiſſe. nō debet pte
rea turbari. Nō eni q̄ multa
dicit recolit oīuȝ que dixit Nec
debet aliq̄d reſumere i mutan
do ordineȝ ſacrificij. Si vero
certificet̄ ſe omiſiſſe aliqua q̄
ſunt de neceſſitate ſacramēti. ſ.
formā cōſecratiōis: tūc debet
reſumere. Ibi aute̅ e̅ dubita-
tio que ſolet ſcrupuloſis ⁊ ob
liuioſis accidere. debet argui
ꝙ illud ſit dictū maxie ex ordi
ne loq̄ndi verboꝝ nec multuȝ
intra ſe examiare ſed repellere
quia ſepe e̅ temptatio ab hoſte
vt impediat̄ deuotio ſacrame̅
ti. Et ſepe magna dice̅tis atte̅-
tio memoriā impedit. Simi-
lit̄ q̄n multe hoſtie cōſecrātur ⁊
vna ſola i māu ſacerdotis acci
pit̄. nō ꝓpt̄ hoc alie min' conſe-
crant̄. eſto ꝙ tūc actu nō cogi-
tauerit de eiſdem. licet valde de
cens ſit ꝙ inte̅tio actu feratur
Decimus de Decimū piculū
fectus e̅. Si ꝓpt̄ frig' hoſtia cō
ſecrata in calice̅ ceciderit. vel ꝑ
negligentiā: ꝓcedat ⁊ ſingula
dicat q̄a hoc nō facit imꝑfecti-
one̅ ſacramēti. q̄a fractio ho-
ſtie nō eſt de neceſſitate ſacra-
mēti. Undecimū periculū.
Undecim' defect' eſt. q̄ nō bñ
cuſtodierit ſacramētū ꝙ mus

vel aliud animal comederit
ſacramentū: debet ꝑnitere.xl.
diebus. **Duodecimū ꝑiculū**

Duodecimus defectus eſt.ꝙ
ſi ex negligentia vel incautela
ſacerdotiſ amiſſa fuerit hoſtia
aut pars eius ita ꝙ inueniri
non poſſit. xxx. diebus ꝑnite-
at. Similiť ꝑniteat ꝑ cuius
negligentiā hoſtie putreſcunt.
Si ante conſecrationē aduer
tit hoſtiam eſſe corruptam vel
putrefactā vel non triticeam:
aliam ponat. Si vero poſt cō-
ſecrationē ꝑcipiat vel ſump
cionem aliam accipiat ⁊ con-
ſecret ⁊ corruptam hoſtiam ie
iuno tradat aut reuerēter re-
ſeruet. **Decimūtertiū ꝑiculū.**

Decimuſtertius defectus eſt.
Si quis ꝑ ebrietatē. voraci
tatem. ſacramentū euomue-
rit.xl.diebus ꝑniteat. Clerici
et monachi.lxx. Epiſcopi.xc. ſi
autē infirmitatis cauſa.vij.
Et ſi apparuerit aliqua for-
ma panis reuerenter ſeruan-
da eſt vel ſumēda ſi fieri pōt.
quia manētib' ſpeciebus ma-
net ibi chriſtus. Ea vero in q̄-
bus inueniunť comburenda
ſunt. cineres in ſacrario repo-
nanť. **Decimūquartū ꝑiculū**

Quartuſdecimus defectus ē
Si ſanguis ſtillauerit ſuꝑ ta
bulam que terre adheret lin-
gua lambatur ⁊ tabula rada-
tur. Si vero ſuꝑ terram. ter
ra radatur ⁊ igne cōburatur
et cinis iuxta altare condatur
et.xl diebus ꝑniteat. Si ve-
ro ſuꝑ corꝑale. vel ad tertiū
lintheum ꝑuenerit. ix. diebus
ꝑniteat et linthea mina tribuſ
vicibus in calice lauet ⁊ ablu
cio ſumatur vł iuxta altare re
condatur. Quidam partem
illam abſcindunt ⁊ comburūt
ſed hoc non eſt neceſſe. Si au-
tem ſuꝑ altare: abſorbeat mi-
niſter ſtillam ⁊ tribus diebuſ
ꝑniteat. Predictis diebus de
bet ieiunare ⁊ a cōione ceſſare
Sed penſatis conditiōib' ne-
gocij diſpenſari. Si ex naſo
ſacerdotis ſanguis effluxerit
ſeu ſi infirmitaſ ei ſuꝑuenerit
ſedeat donec conualeſcat ⁊ vel
dimittat ſi non conſecrauerit
Si quis ſine ſtola vel mani-
pulo celebrauerit: licet grauiť
peccet tamen conſecrat.